



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Jacobi Sadoleti Episcopi Carpentoractis, Interpretatio in Pfalmum, Miserere
mei Devs, S.M.M.T.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

IACOBI SADOLETI
EPISCOPI CARPENTOR-
ACTIS, INTERPRETATIO
 in Psalmum, *Miserere mei DEVS,*
 S. M. M. T.

IACOBVS SADOLETVS EPISCO-
pvs Carpentoractis, Ioan. Matthao Giberto,
Episcopo Verona, S. P. D.

SED in sermonibus nostris, quos amicissime, & sua-
 vissime inter nos habere soliti sumus, incidit mentio
 de literis sacris, quibus tu, pro tua praestanti in res
 Christianas voluntate, mirifice deditus es: cum que
 laudares vehementer Psalmorum volumen, deque eo ita senti-
 res, nihil esse virtuti religionique conducens, quod non in illo li-
 bro peccare scriptum & praecipuum esset: memini assentiri me
 tibi, lazareque praeterea significationem eiusmodi, cupere me, si
 nunquam otium essem nactus, interpretari volumen illud, & com-
 mentarios conficere, in quibus commendis legentium animis
 ad amorem rerum sacrarum & studium verae pietatis, omnem
 meam curam & diligentiam ponere cogitarem. Quibus te meis
 verbis recorder commotum suspirasse aliquanto contentius, at-
 que facile tua proba mens & animus erga Deum propensus ap-
 pareret, inhiitisse petere a me, ut si minus omnes, saltem psal-
 mos aliquot in praesentia sumerem interpretandos, quod tibi ma-
 xime dicitur eorum, quae in his inclusa & abdita sunt, mysteriorum
 meam opinionem & sententiam aperirem. In quo, etsi vincebar
 omnino amore tui, tuaque voluntati non parere nefas ducebam,
 tamen quod tibi mea occupatio ipsa denegabat, reieci te ad scri-
 ptos veteres sanctissimos homines, quorum plures ac variae in
 hoc opus lucubrationes extant egregie scriptae, ex quibus posses
 intelligentiam haurire tantum, quantum velles. Quos omnes tu

cum optime haberes cogitos, dixisti, probare te quidem sermo illorum & maxime facere, sed quod eorum nonnulli ieiunium faciebant, quam tantarum rerum videatur explicatio postulare, quodam proposito sententiarum finibus egressi, alieniora quandoque colligant, cupere te in alteris quidem aliquanto plus veritatis, in alteris minus redundantiæ. Suscepi igitur tuo iusto desiderio & benivolentia adductus, vnius Psalmi munus, non tam in expectandi nunc quidem, quam exempli in eo edendi; ad quod me quidem iudicio, omnem huiusmodi interpretationem trahere oporteret, non eadem fortassis ubique copia, sed eundem admodum, quod sensa illa mystica & diuina, non solum scrutantur optere possent, sed adhiberentur animis quoque ad amorem dei huius celestis scientiæ cultum accendendis. Nam qui in uisitantur litera, aut qui moralem sensum duntaxat, qui que scripturam, allegoricumve suscipiunt, ij mihi videntur in eo occupari, quod tractandum totum est, sectiones facere minime necessarias: vt si in Phidias statua, cum integrum simulacrum exposcere aueremus, basim ipsam tantummodo, aut aliquod scilicet membrum niterentur demonstrare. Neque ego hoc, quod ego omnia putem confundenda. Qui enim id liceat, in tam immensa Spiritus sancti copia, cuius momento in vniuersa pariter vniuersa est? Sed quod vt caprus erit intelligentium, vtiliora quærent, & præclariora statuum non oportere postponi. Verum de hoc modo iudicio, tuum mihi Giberte doctissime, futurum est iudicium. Elegi autem Psalmum hunc, qui mihi maxime & mensi hoc tempore apertus est, qui in his vite mortalis fluctibus enauigandis obreuerat planè, infirmo admodum & debili mea virtutis remigio, nisi ad misericordiam Dei tanquam ad portum mea spei & salutis receptum haberem: ad quam quidem poseendam atque inplorandam, hic proprie Psalmus ordine quinquagesimus, videtur esse factus. Hanc verò ipsam lubricationem, tibi postsumus & communi tuo dedicaui, multis quidem de causis, vel doctrina tua, vel virtutis, vel summi inter nos amoris. Nam cum nullum pariter nobis in hac ciuitate amicitia est coniunctus, tum cum vniuersi eiusmodi est vt penè incredibili & inaudita laude, neque marumarum multitudine occupationum de bonarum literarum studijs aliquid imminuat, nec propter literas quicquam partiarum negotijs esse detractum, fructus quin ipsos etiam doctrinæ ac scientiæ, præclaros & vberes, ad res gerendas transferat. Adde quod vel caput est necessitudinis nostræ, quod eidem Populicis inuicem ambo operam nauamus, cuius mens præcipue ad salutem Christianitatis ruinas a domino Deo electus, tam admirabilem præstat integritatem ac diligentiam, vt in hoc vno, illa longè

ambrosius, & ceteris multum prælata pontificia dignitas, virtute
ipsum cæm ac religione valde inferior esse videatur, cui dum in-
ferimus, satis nos beatos esse iudicamus. Sed hæc hæc tenus. Tu
vixit scilicet hoc à me gratè accipias, magnoperè à te mi Gi-
beris secundissime peto. Vale.

IN PSALMVM, MISERERE,
Argumentum.

DAVID Iſai Bethleémica filiorum natu minimus, decorus &
paleſter aspectu, cum quotidie greges patris ſui duceret
ad paleſta, munitente iam Domino ad liberationem humani ge-
neris viam in Chriſto Ieſu filio ſuo ex ſanguine Dauidis: eodem
Deo Samuelem Prophetam ad id operis legante, inopinantiſſimis
occurſus, inunctus in Regem eſt. Quæ victio erat certiffimum
indivium futuri principatus: Reges tunc palam in populo ſuo
Iſrael creante Deo, quod nunc in omni natione facit occultè.
Iſtae hinc multò poſt accerſtus in aulam Saulis Regis, ac deinde
ad certiffimum factis fortibus cognitus, nobilitatus fama, diuino
etiam conſilio de eo divulgato, pro ſucceſſore Regis haberi vul-
go cepit: ob quæ ſuſpectus primo in ſenſusque Regi, atque ei-
dem ſæpe reconciliatus alterna nunc gratia, nunc invidia, po-
ſtremo quæſi ad mortem ab eo ceptus eſt. Ita ſæpe inſidijs & pe-
riculoſis agratus, ac quandoque penè circumventus, Deo tamen
inimicorum conſilia aduerſus ſeruum ſuum ad nihilum redigen-
te, in oculis ſervatus eſt, donec Saule & filio Saulis Ionatha à
Philiftæis in prælio interfectis, regnum Iuda primum, poſt totius
Iſrahel obtineret. Quod cum adminiſtraret virtute quadà egre-
ga, generetque ſeſe aduerſus Deum piè, erga homines pruden-
ter, præſenti quoque Dei auxilio, & magnis promiſſionibus con-
firmatus, qui perpetuaturum ſe Dauidis ſemen in Regni æterni-
tatem ſpondederat, auxilium, & ſtabilivit imperium, hoſtibus ſuiti-
mis circumquaque perdomitis, re & gloria domi parva. Verum,
vix ſunt hominum ingenia procliuia ad delinquendum, quorum
ſæpe virtutis nervos ſecunda res diſſoluunt, quos aduerſa inten-
derant, in facinus & ſcelus, ab alienato à Deo animo, libidine ca-
ca lapſus eſt. Obſidebat ea tempeſtate Rabba oppidum vicinæ
ſynæ, duce exercitus Ioab Saruiz filio, ipſe domi manens: vbi
terrore die otioſiore, cum in ambularet in perula excelſo & circum-
poſite elante loco, aſpexit repente è regione mulierem honeſta
ſive & liberali, Beſabeam nominatam, uxorem Viri viri fortis,
& tunc in exercitu pro Regis fama & victoria dimicantis. In ea
ſubito

subitò commotus Rex, accessitque compressit, grandaque fide
 eum cerneret periculum illi à viro, à ceteris ignominia in pro-
 priu esse, missis ad Duces suos literis, Vriam hostibus proditorum
 in praelio, & interficiendum curauit, ipse Bersabea punitus est.
 Non tulit hanc iniquitatem iustus Deus, misitque Prophetam Na-
 than, denuntiavit ultionem Dauidi à domesticis stupris & ceteris
 bus, ab ipsius fuga, filiorum morte. Percussit ilico Regis animam
 peccati deformitas, & pristini status momordit recordatio, cum
 cogitaret iam confusus mente ac perterritus, in quem locum se
 se imprudens demississet, & è quo diuinæ gratiæ gradu præcipue
 abruptum virtutum datus esset. Igitur urgente vi peccatorum &
 horrore sceleris insuper instigante atque etiam de sideribus sus-
 ciliandæ Dei voluntatis augente dolorem, in huius sancti
 salutaris Psalmi gemitum proripit: peccatum quod fecisti
 eularat, aperte confitens, supplicium quod comminaretur
 Deus, non recusans, ipsius tantum misericordiam & peccati di-
 remissionem & veteris quoque gratiæ restitutionem implorat.
 Qui Psalmus cuncto generi humano peccatis flagrantibus commi-
 nato præcipue conuenit. Sed is nunc nobis ex Damasceni
 na interpretandus est. Qui etiam Latinis & Græcis in hanc mo-
 scribitur, quoniam sensus eius & propheta ad vltimum erudit
 tempora.

MISERERE mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Statim de principio apparet facinoris grauitas, & penitentia
 vis, ac doloris magnitudo, magnam enim continuo implorat
 misericordiam. Prætermisit autem narrationem culpe, quam ad
 miserat, vel tanquam aduersus Deum, cui omnia aperta essent
 telligebat, vel secutus effectum communis naturæ, quod solent
 qui aliquo intolerabili malo ita oppressi sunt, vt necessitate
 hui non recipiat moram, demissis ceteris, illud ipsum vnum inter-
 re clamando, quod efflagitant. Sic Dauid maximum erat malum
 rum, & morte longe peius, alienum à Deo esse. Itaque misere-
 diam protinus implorat, excutere quippe à se conatur peccati
 peccati, quo deprimebatur, vt redire possit cum Domino in pa-
 tiam, vnde vnius criminis culpa fuerat repulsus, ac delectatus
 in Danide quidem hæc geminata, & vsque à deo vltima
 nae misericordiae efflagitatio declarat, vim doloris, peccati
 criminis. Populo verò in captiuitate posito, & nobis misere-
 etis, quodammodo necessaria est: qui non vno crimine conuictus
 sed vno vix, aut altero in vita rectè facta continuata scelerum
 stinguentes, hac spe sola diuinæ misericordiae salui esse possunt.

Necque experimus eam tamen, & obstinati pergitur, ceu fluctum ex fluctu, sic peccatum ex peccato inuenientes. At magnus ille David ita paulo ante apud Deum gratiofus, ut maximi promissio ab eo dignus habitus esset, qui ipse vtebatur Deo & patre & consiliario, nunc prostratus & gemens, Miserere mei Deus, inquit. Tantumne: imo, secundum magnam misericordiam tuam. Nam mago um suum intelligebat peccatum: ad vulnere porro magnitudinem, par medicina vis adhibenda erat. Itaque oleum cœlestis misericordiae totum in se effundi orat, & omnes miserationum fontes immergi, ut delcantur penitus criminis sui vestigia. Cui si tanta vis miserationis necessaria erat, quæ satis erit nobis: nisi quod Dei misericordia infinita est, infinitum est quod offendimus peccando, doleamus modo hoc ipsum nos peccare, infinitum est quod parcat miserendo.

Et soundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Multiplex peccatum non vna miseratione contentum esse potest, & hanc multis modis deliquerat David. Nam & libidinibus quod non suam: & iniustus, quod alterius toro castis nuptijs illegitam mulierem violauerat: & crudelis, quod innocentem sanguinem mandauerat effundi: & ingratus, quod homini de se bene merito, cruentam mortem obrulerat: quam excetram tot delictorum ab vno libidinis facinore prouentium, multitudine quoque diuinarum miserationum debuit extinguere. Multæ sunt, inquit alio loco, miserationes tuæ domine: quæ nisi valde multæ essent, nec ita multis ignosceretur, nec ita sepe, neque ita multum. Tanta autem & tam multæ sunt, ut si in vnum locum conferantur, omnium hominum quot sunt, fuerunt, erunt, iniquitates & peccata, quarum multitudo nullo contineri numero videatur, longè tamen sint plures miserationes Dei. Proinde nemo in diffidentiam cadat, sed ad multitudinem iniquitatum suarum tollendam imploret multitudinem Dei miserationum, & paucas secum lachrymas symbolum humilitatis & veræ penitentie afferat. Sit quantumuis coopertus sceleribus, sit & peccatis obrutus: tamen immensum illi è vestigio pelagus diuinarum miserationum ad abluendum, delendumque peccata parabit.

Amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.

Amplius. Quid est hoc amplius: num parum fides Deo dilecto David, se ipse esse misericordiam consecutum: at qui eius tu potestatem qui cum familiariter propè versatus es, naturam nosse Dei potest.

Dei potes, plenam clementiæ & miserationis. Dedit iam clementiam, ne verere, veniam deprecanti: & peccatum tuum transibit, cum animum & studium tribuit deprecandi. Sed pudebat opprobriū Regem vlcis sui: vlcus enim animæ, peccatum est, quod deest capitale non fit, si vel periculo iam euasit, vel ad periculum non accessit, fecunditate tamen sua & purulentia odiosum est. Hæc vlcus, quod mortiferum modo vulnus Dauidi fuit, celsitudo misericordiam misericordiam in spem certam sanitatis reuocatum, factoris adhuc multum, horrorisque retinebat: propter quod ipse displicens Dauid, etiam atque etiam, laua me, inquit, iniquitate mea. Licet enim hæc sceleris mei plaga, Domine, tua misericordiam dono ad mortem non fit: est tamen ad mortem, à qua mundate me velis, atque eiusmodi in me sunt omnes abstergere, vt in conspectu tuo mundo producat. Et sanè quio emerit iam è barathro ad Dei lucem & palatium, nem magis appropinquat, hoc cum offendit magis peccati deformitas. Orat igitur se ab iniquitate lauari, quod homicidium est, & à peccato mundari, quæ libido est, vt ne signum quoddam admisi criminis appareat. Ac nimirum pristinam Dei gratiam appetit, quæ mundis datur, qua fruebar ipse in primis, antequam tanto errore inuolueretur. Ad hanc anhelat, hæc desiderat, nec qui nuper ex illius gratiæ fructu beatus fuit, solam accipere, quæ ad salutem fit, potest esse contentus: aliud enim est ignosci errori, aliud, honorem haberi fidelitati.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.

Publicanus qui orabat in templo, nec audebat oculos attollere in cælum, cum ita precaretur, Deus ignosce mihi peccatori, non ex illo gestu, aut illa deiectione oculorum, neque reuerentia, quæ ore proferebat, verbis, iustificabatur: sed quia in hominis corde suo se peccatorem agnoscebat atque indignum se iudicabat. Non enim in eo quod loquimur, sed in eo quod sentimus iustificatio est. Sic Dauid verbis quidem ad obsecrandum verborum mentibus, misericordiam Dei suppliciter deprecatus est. Sed verba illa eatenus valent, quatenus indicia & notæ interitui doli sunt, quem dolorem conerant peccati recognitio, & cunctis primit in sermonibus humilis delicti confessio. Vbi ergo dolor? Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, inquit, peccatum meum contra me est semper. Ista iam sunt cordis verborum, quæ magis iram Dei, & quidem eadem vera arma sunt, quibus tantumuis iratus, & ab eo misericordiam extorqueamus. Si ille quantumuis iratus, quantumuis furore ardens, quantumuis acerbum vlciscendum & paratus, vt iam dirinxerit gladium secerit.

fac: agnosce peccatum tuum, & illud tibi aduersarium consti-
 tue: omnem subitò Dei iram & impetum perfregisti. Dixi consti-
 tebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti
 impetum peccati mei. Et ipse Dominus in Euangelio: Iudica
 reusculum, inquit, & non iudicaberis. Et Paulus: Si nosmet-
 ipsos iudicarem, non vtiq; iudicaremur. Vnde obsecro tanta
 reusculus est cognitionis & iudicij, quo quis aduersus se senten-
 tiam ferret nemp; ex eo; quòd qui seipsum eodem iusto iudi-
 cio, iustus iam sit, vt si prior iniquitas pœnam commerita erat,
 posterior hæc iustitia, suo non sit premio fraudanda: vel eò et-
 iam magis, quòd pœnam illi iniquitati hæc iustitia attulit: hæc
 eam illam condemnauit, hæc pudorem & penitentiam & do-
 lorem prioris admitti dedit: passa est iniquitas aliquod suppli-
 cium: quis nunc mercedem reddat aequitati, nisi illam Deus in
 se benignitatis gremium recipiat? Vtinam nunc omnes nostra
 ipsorum seueritate condemnemur, ne inexorabili ad extremum
 Dei iudicio puniamur. Miserere ergo mei ô Deus, Dauid inquit,
 effunde super me omnem misericordiam tuam, amplius laua me &
 munda ab iniquitate mea. Magna est comprecatio, & quidem er-
 ga magnum Deum. Sed hæc est rogantis. Quod verò sequi-
 tur, cui imperare debeat, iam etiam est cogentis. Quoniam ini-
 quitatem meam ego cognosco, inquit: Si enim propter crimen
 damnandus sum, ego ipsum me condemno: si pœna inferenda,
 si duratus sum, & do in præsentia pœnarum satis, dolore oppri-
 mor, vetecondia flagro, diffidium tuum non fero, & quodidia-
 num, perpetuumque supplicium à peccato mihi aduersante exi-
 git. Noli obsecro tu Deus potenti manu tua augete hæc, & gra-
 uora facere: habent ista per quod fiant. Non conuenit naturæ
 tuæ, nõ consentaneum est omnipotentia, vt contra folium quod
 vento respicit, ostendas potentiam tuam, & stipulam siccam per-
 sequere. Tu fac ea potius, quæ nemo potest, nisi tu. Miserere tu
 Deus, quia alius nemo est qui misereatur. Dele omnem iniqui-
 tatem meam, quod facere alia nulla potest, nisi celestis tuæ mi-
 sericordia medicina. Laua & munda me, quoniam tua hæc est, &
 non alienus potestas: solus enim tu, ex immundo facere mun-
 dum potes. Ego enim iniquitatem meam cognosco. Quid ista
 cognitio: quò spectat: vt fiat iustum, seuerumque iudicium. At
 non inuita mentionem iudicij, ea re quidem, quoniam idem est
 cognoscere peccatum & condemnare: non enim cognoscit, qui
 nisi aliqua nihilominus boni specie id admittit. Nec verò sensus
 carceri, si quid illis asperum & noxium offeratur, sentiunt illud si-
 mal & refugiunt, & mens tanto sensibus nobilior, vbi id cogno-
 scunt, quòd eam maximè corrumpit, non rejicit illud à sese & re-
 pellant: nam nec sensibus illa ipsa, quæ fugiunt, nocentiora sunt,
 Iii quam

quàm peccata animabus. Subiunxit autem quod ex iudicio damnatione peccati sequitur, Et peccatum meum contra me semper. In festum enim, aduersarium, inimicum maxime peccatum sit, postea quàm illud tibi displicere cepit: nam antea quod dum tibi blandiebatur, dum assentabatur, dum te venentis inlecebatur voluptatibus, gerebat inimicitias nihilominus, sed occultas, & te prodicione nefaria oppugnabat. Larvatum enim erat, pra se ferebat faciem blandi ac venusti, intus vero horribilis effigies erat. Postea verò quàm agnitum à te & repulsum est, quasi direptis larvis, quæ iam nulli visui sunt, ad aperiam verum omnem suam tibi offert monstruosam informitatem: terret, angit, quo te cunque verteris, obuertitur, nec vigilantem, nec in somnis patitur requiescere. In quo magis atque ærumna constituti, qui verum in Dei clementiam fugiunt non nouerunt, temeritate quadam inconsiderata nihil ipsum irruentes, quod fugere debebant, desperationi sese tradere. De quibus trophæum miserum atque infelix, à peccato ad patrem potius peccati Diabolo est constitutum. Qui vero malis sibi consuluerunt, open atque auxilium petierunt ab insano peccati, videlicet Deo: nam nihil inimicus est, nec magis inustum inter se, quàm peccatum & Deus: ut nullo pacto possint in vnum continere. Peccatum tecum est, contra te est Deus: aduersus te est peccatum, Deus tecum est. Donet ergo illis aduersus sibus semper esse peccati, ut sub ipsius excelsæ deitæ patrocinio possimus & securi degere, & beati.

Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Hic locus valde anxios habuit expostores, & multæ quidem ac variæ interpretationes sunt. Sed quæ apte cohercet, nō facile reperitur. Sunt enim qui ex prophético spiritu Ioue præcedunt in posterum & Regem Dauidem ad Iesum dominum faciunt, inuentem, cui soli peccatum est, quia solus ille sine peccato: iustificatus autem in sermonibus suis, vel quia dolus ac mendacium nō est in eo inuentum, vel quia venerat vocare peccatores, obsequi iudicatus & damnatus morte sua mortem & mundum. Pia hæc & vera sententia, sed neque tota inter se cohercet, nec loci huius: quomodo enim cum his coniectum est peccatum Dauidis, & dictio illa, v r, quomodo quasi causam significat iustificatus sit & vicerit iudicatus? Alij propius ad verba dicitur accommodantes inquirunt, iustificatum fuisse Deum in sermonibus suis quando seruauit Dauidi, quod fuerat pollicitus, licet homines arbitrentur propter scelus commissum, mutatum esse Dei voluntatem, quod quasi iudicium de Deo licet videbatur. Sed in

Sed in hac quoque sententia scrupulus idem est, an idcirco David peccante, ut iustificaretur Deus. Quem scrupulum nonnulli esse ingere volentes, dixerunt, subintelligi oportere: peccavi, ignoscere, ut iustificeris. At & de ignoscendo iam saepius rogatus fuit Deus, & non fuit Davidi difficile, id planius ipsum hoc oportere explicare in loco, ut ignosceret quo iustificaretur. Alij magis in uniuersum accipiunt peccasse Dauidem, & ad poenitentiam peccati conuersum fuisse, ut iustificaretur sermo Dei dicens: Nolo mortem peccatoris, sed potius, ut conuertatur &c. Quocirca hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius tuis omnium iniquitatum. Vera ista sunt, sed ubi est iudicium? aut quis vnquam exprobrauit Deo, non esse apud eum peccatori veniam? Girei alio modo: Ut iustificeris, inquit, in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Postis enim in contentione & que tu erga me benigne fecisti Deus, & que ego impie atque ingrati aduersum te egi, in comparatione & velut iudicio hoc choer magis & splendescit iustitia & benignitas tua: ut iudicium accipatur cum perpenditur quantum quasi interfit inter bonitatem Dei, & hominis prauitatem. Hoc ut laboriosius asstruant, negant, v. r. hoc loco esse iudicium causae: non enim ut iustificetur Deus a Dauid peccatum est, sed quia peccauit David, iustificatus est Deus. Nos hunc locum ex ipso historiae/textu, & verborum facti codicis proprijs intendimus interpretari: illud primo asseruantes, in his verbis maximae humilitatis & verissimae poenitentiae, ac incomparabilis amoris erga summum Deum, certissima signa atque indicia Dauidem dedisse, cuius pietatis merito continuo ad veteris gratiae fructum, & futurorum praesidentiam ceperit vocari. Tibi soli peccati, & malum coram te feci. Vera & indubitata expositio est, solum fuisse Deum conscium Dauidi criminis: Primum quia ipse solus maxime conscius inspector est, & quibus vis & ratio & tanquam substantia affuit peccati. Quod dominus in Euangelio: Ex corde veniunt, inquit, cogitationes male &c. Ut penè dicere verò possimus, omnium criminum Deum vnum esse verè conscium. Deinde peccatum certe Dauidis oeculrum hominibus fuit, ac aulterium quidem Bersabee, pauci fortassis Dauidis familiares & domestici quorum ipse ministerio necessario utebatur, suspicari magis, quam ceteris potuerunt. Ceterum autè Viri quis nouerat à Dauid de profectà? Populus non: bellici enim casus culpam hanc sustinebant. Duces ad quos fuerat scriptum, imperium quidem Regis peccati fuerat, sed suspicari sunt iusta aliqua de causa Regis iram fuisse concitaram. In summa, ordo, & series, & peccati ratio obfcura omnibus fuit, praeterquam soli Deo. Ab hac sententia alieni qui sunt, sancti & graues viri, audiant quid per Prophetam suum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

suum dominus Dauidi nuntiando nuntiet: Dabo, inquit, res tuas proximo tuo, & dormiet cum eis in oculis solis fratris. Tu enim fecisti in abscondito, ego autem faciam verbum illud in conspectu omnis Israël. Manifesta igitur à Deo peccata occulta crimini Dauidis per Prophetam est nuntiata. Hoc nunc peccatum profiteatur & inuulgat ipsemet Dauid: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Quod hic **CORAM**, paulo supra, **CORAM** & peccatum meum contra me est semper. Græcè enim utrobique est, *ἐναντίον*, cui par Latine est, aduersum: & utroque enim amborum affinis significatio. Hic autem & si recitetur, non nihil tamen etiam, contra: nullum enim peccatum contra Deum. Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas conscientiaris. Videamus nunc de Deo iudicium, & quomodo iustificatus Deus, in quo incredibilis quedam huius magni Regis infirmitas, & in conspectu Domini humilitas deprehenditur. Quam enim non solum nota erat, sed etiam in populo electus omnipotentis Dei in Dauidem suum beneuolentia, quodque eam obsequiis & pascuis ad regnum vocauerat, omnium illius peritiam victoriam donauerat, finitimos in ditionem subiecerat, feceratque nomen eius illustre & gloriosum in omnibus nationibus, & quod multo maius hisce omnibus erat, sponderat perpetuitatem generis, aternitatem principatus, gentiumque & nationum hereditatem omnium. Quoniam inquam hæc cuncta nota erant, & diuulgata, atque exitu ipso rerum bene ex parte comprobata: idcirco successuris paulo post contrarij admodum signis & euentibus, quod & filij aduersus Dauidem conuulsarunt erant, & eius vxoribus vim allaturi, populi ab officio & de delecturi, ipse extorris & profugus laribus suis, & vix delecti Hierusalem cariturus: omnia denique illi, quæ comminatus fuerat Deus, tanquam sectiones & cauteria abolendo carcerem peccati euentura, miratura procul dubio erant ignare gentes, & emissura vocem eiusmodi: Quid ita suum Dauidem iudicatur Deus? quæ hæc eius mentis aut consilij mutatio? num cum pœnitent eorum quæ fecit illi, aut quæ pollicitus est: Hæc populi admirumuratio quodammodo Deum vocatur in iudicium erant, cum inquirerent in eum mutationis consilium, & causam illam tanquam dicere cogent. An hoc nos non quotidie facimus nonne ubi quid enenit nobis minus ex sententia, Deum ipsi quodammodo infistimus reum facere, tanquam iudicium illi cause ditionem intendentes? Quid ita mihi hoc? cur ista hæc tempestas? vnde hæc vis morbi? veluti succensentes non esse hæc consilia nostris stultis opinionibus accommodata. Ignati & dementes, ut si litum contra figulum exsurgat, & dicat operanti: Tori suo; non intelligis, irascimur in epre setui aduersus domi-

pum, mancipia contra regem, vermes ante summum Deum.
 Quod autem in admurmurationem & inquisitionem huiusmodi
 avertit Deum venturus erat populus, audiamus ipsummet Do-
 minum loquentem Salomoni, posteaquam adificatum & sancti-
 ficatum esset templum: renouatis enim erga illum promissioni-
 bus, quas patri ipse David fecerat, si modo esset paterna iu-
 stitia & vere pietatis ac diuini cultus vestigia persecutus: mox si
 conuertisset a recta semita, atque ad alienos deos colendo se con-
 tualiter, cum alia multa & aspera, tum amissionem regni, gene-
 ri eius, ac templi illius ipsius desolationem minitatus est: Do-
 minus, inquit, hæc erit in exemplum: omnis qui transferit per-
 cam, stupebit & sibilabit: & dicet. Quare fecit sic dominus ter-
 re & domui huic? Ecce iudicium in quod vocatur Deus, cum ex
 eo ratio facti queritur: & respondebunt, quia dereliquerunt
 dominum Deum suum, cuius tot habebant beneficia, & secuti
 sunt deos alienos. Ecce iustificatio, vt iam in eiusmodi iudicio
 Deus victor factus sit. Simile ergo in se euenturum David vide-
 bat, vni inquisitionem vocaretur Deus. Quapropter qui & ve-
 rus amicus Dei, & seruus fidelis erat, quique Deum & dominum
 suum, Deique honorem & nomen, sibi honorique suo & nomini
 asseruebat, vt iustificaretur in sermonibus, & in iudicio vince-
 ret Deus: Tibi soli peccavi, inquit, & malum coram te feci. Quid
 autem: num vt Deus iustificaretur, peccauit David? Nequa-
 quam: sed vt iustificetur & vincat Deus, peccatum suum aperte
 profitetur. Quasi ita dicat: Peccavi equidem tibi soli, & malum
 coram te feci: sed hoc ipsum testor palam, & confiteor peccasse
 me, vt omnes intelligant iustum supplicium mihi abs te illatum
 fore: vt tui sermones quibus mihi tot ærumna & calamitates
 ministrate sunt, iustificentur. Causam enim illis, non tua mutatio,
 sed scelera mea tribuerunt. Et vincas cum iudicaris: vel, vt ex
 Hebræo est, iudicaberis. Vt cum inquireret in te, quid me tam
 acerbe insequare, pareat omnibus, non hoc repente abs te factum,
 sed mihi aliquanto antè denuntiatum. Denuntiatum autem id-
 eo, quoniam grauissimè aduersum te per me esset peccatum. Pa-
 teat, inquam, omnibus me iniquum esse, vt tu cognoscaris ius-
 tus: me multò asperiora meritum, vt tu intelligare non acerbis.
 Tanta piæ hunc regem Dei honoris cura & sollicitudo detine-
 bat, vt veller afferri ac publicari suam ignominiam iniquitatem-
 que, quò magis ac magis splenderet Dei iustitia & misericordia.
 Quod huic addi humilitati potest: quid cum hoc amore erga
 Deum comparari? Num supplicium suum recusauit? num cor-
 am deprecarus est? num quò iram Dei ostenderet iniustitiam,
 peccatum suum leuius fecit? Imò contrà, in medio ipso metu &
 honore imminetium acerbissimum, de Domini sui, eius ipsius a

quo tam grauitate plectebatur, honore & fama sollicitus est, quid ei per populum stultum & imperitum detraheretur. Orem memorandam omnibus seculis vere amantis Deum pietatis, hu militatemque: quam illa eximia in tanto rege fuit, quae in quoquam etiam infimo homine quandoque est mediocri. Hoc nimirum est diligere dominum Deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima, & ex omnibus visceribus suis: hoc illum glorificare cum cetera omnia, tum semetipsum possidere. Hac sollicitudine animi, & in ipsum Deum omnipotentem amore, non est tanta iniquitas peccati, nulla sceleris enormitas, quae non modo aboleatur. Haec illa est humilitas, quae in caelum vniuersissimis radicibus innititur, quae Deo coniungitur, quae necesse honoratur, cuius mercedem Dauid è vestigio vberem et non secutus: interposita enim excusatione necessaria, ad occidendum uinae sapientiae contemplanda, & ad fruendum gaudium praesens erga se gratia Dei statim sublatas est.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Non matrimonium accusat, nec conjugalem matris laudatum, legitima enim ista sunt, & sanctissimis certum non potestata: sed primordia peccati arguit, quae ab Eva in ortum posteritatem dimanarunt. Propterea matris facit mentionem, quia mater coniunctio matri cum filijs est. Gignit enim in semetipso, & deriuatq; magis in illos sanguinis & carnis peccatum. Quaeque & Adam vxoris suae in idem erratum incidit. Ab illis certe generis nostri parentibus, vniuerso generi humano perditum ad delinquendum via est, eaque deinceps vsu communitum frequentissimo trita, & quasi radix & procliuus peccandi, in perpetua posteritate propagata. Nisi enim illi sic deliquissent, non carnis se vitijs, morbisq; animorum obnoxium genus hominum. Hoc autè subiunxit ad superiora Dauid, ut quomam quod propterea & suum scelus iuerat, humilitate & poenitentia aboleretur, illi aspiranti ad pristinam Dei gratiam ostendat obstaculum debere, quod ex eo genere sit, quod ad peccandum & ad delinquendum est procliuus, cuius procliuus a primis parentibus prodita est propria cuiusquam sit, sed generis culpa communis: sic ergo quasi argumentatur: Ecce ego quidem cum hac natura immunditate conceptus sum, & generatus ab ijs, qui eadem iniquitatis debilitate laborauerunt, ut in decliuem semper ad delinquendum pendamus. Quod tu Deus cum optime nosles, committenti nihilominus mihi arcana consiliorum tuorum, & rursus celestis beneficentiae fontes aperuisti, ex quibus in omnem posteritatem meam, aeterna tuae liberalitatis gratia efficit dimanare. Poc

Hoc enim qui verax vnice es, cuius verba non præterfiunt, quando tibi pollicitus es, si peccatum meum proprium, partim tua magna misericordia remisisti, partim iustis suppliciis es expiatus: ne te, quæso, auertat & abducatur à promissionibus tuis, hæc nostræ infirmitatis culpa communis: sed te in illis potius veritas tua confirmet.

Eccæ enim veritatem dilexisti: incerta & occultæ sapientiæ tuam manifestasti mihi.

Iam fruitur gratia, iam alto illo prophetiæ spiritu in abyſſo diuinorum consiliorum latus immergitur, peccati tantisper & delictis oblitus. Nam quod ista pertinent, rogo, nisi ad ea quæ tot seculis postea secuta sunt, & in Christo Iesu terminata? quæ enim est sapientia patris, nisi verbum: quod consilium Dei est, idemque filius: per quem omnia facta sunt? Quid porro occultius, magisue obscurum? Nam illud, INCERTA, obscura melius, vti Græco est, ἀβυσσος, & si verbo verbum reddere volumus, manifesta. Quid inquam occultius, obscurius, immanifestius, quam id quod ne postea quidem quam esset factum, vlla humana mens potuit penetrare? Cùm enim vertex Apostolorum Petrus respondit Iesu: Tu es Christus filius Dei viui: Meruit audire à Domino: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Si ergo iam facta acque præsentia reuelatione Dei patris indigebant, vt cognoscerentur, quanto magis immanifesta sunt etiam nunc futura? Et hæc tamen Dauidi patefacta fuerant: nam & propter honorem, quem vni Deo inuiolatum perpetuò habuit, necessarius cultui ob alienos Deos vnquam præuaricatus est, dignus est habitus, quem in primis diligeret, & confoueret Deus. Et quia ad eum maxime pertinebat, quod ex eius semine hic cælestis omnipotentia Dei partus, redimendo ab interitu mortis ac peccati humano generi in lucem hanc nostram producendus erat, merito diuinorum arcanorum factus est particeps. Hæc Dei arcanæ & consilia antea intelligens, & Prophetæ spiritu ad futurorum præscientiam illuminatus, mox ab illa arce felicitatis & beatitudinis suæ, peccati violentia deturbatus fuerat: in quo casu præcepti & periculoso, offensionis summi Dei tanquam saxo impactus, velut mente dimotus, in obliuione & cæcitate aliquantum commoratus est. At vbi resipiscere cepit, & damnum suum recognoscere, tot repente circumvallatus angustiis, horrore sceleris, penitentia peccati, dolore amissæ Dei gratiæ, expectatione penitentiam, quæ acres illi & asperæ denunciatae fuerant, ad carissima subsidia confugit, humilitatis in se, veritatis in summo Deo: cuius vniuersæ adminiculo iam restitutus in gratiam,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& ad priorem participationem sapientiae Dei renouatur, quae nunc sua voluptate, quo fructu iucunditatis in illa caritatis praesentia specula, unde ventura tam longè contempletur, consistere existimandus est? Perseuerat igitur quid ad eum venturum sit, ex his quae praecleara & mirabilia tantò antè ceteros commemorando & postulando a Deo repetens.

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lauabo me, & super niuem dealbabor.

Hoc haud dubiè ad baptismum spectat. Nam quod aliud est lauacrum, quod purificet & abluat, & candidius niue faciat? Baptismus? Hac se baptismi vnda vult Dauid lauare, & huiusmodi fonte optat purificari: ut illud ipsum quod paulò antè detrauerat, de fragilitate humani generis, & protopatorum peccata, eleuatur in se: quò niue purior & splendidior factus, in Deum re stabilis roboretur. Complectitur tamen vniuersae legis, veteris, & nouae mysteria, ac praesentibus futura conueniens, quod peculiare est prophetiae donum. In veteri enim lege, alioque per hyssopum asperisiones fiebant, ad quas mysticè sunt adhibebatur hyssopus, cuius quoniam propria natura vis est, cum aqua bilem & bene coloratam continere, ut tumorebus & impurioribus aegritudinibus minus obnoxia sit: transferunt ad puritatem animi internam & ad virtutis constantiam ista significatio. Itaque & leprosis praecipuè aspersio ex hyssopo adhibebatur. Per baptismum autem infunditur perfecta gratia & mundatio virtutum. Ita Dauid praesentia quidem & praeterita non contemnit, sed multò etiam vehementius expetit futura: quorum quidem assistentia ex ipsis optantis verbis satis aptè indicata est. Quantum enim interest inter aspergere & lauare, inter mundare & candidius niue facere, tantum inter veteres expiationes, & nouum hoc interest baptismi sacramentum. Hanc tam efficacis sacramentum vim & praeuidebat Dauid, & sperando cupiendoque ad eum festinabat, optabatque denuò audire ex Deo, quae sibi & generi suo gratiosa & mirabilia iam pridem audierat euentura.

Audiuo meo dabis gaudium, & laetitiam, & exultationem, & sa humilitate.

Nihil certè iucundius auditu, nihil letabilius cognitum, cuius suis poterat percipere Dauid, quam si audiret Dominum iterum promissiones, quas antea fecerat: quando per eundem prophetam Dauidi sic locutus est: Suscitabo semen tuum post te, qui egredietur de utero tuo: & firmabo regnum eius: Ipse adhaerens domum nomini meo, & stabiliam thronum regni eius, regnum sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Et

panti pōit: Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsque in
 æternum ante faciem meam. Dicant quæso hunc Domini ser-
 monem, hanc prædictionem mirabilium tantorum, in quo ve-
 nitatem faciam, & euentu ipso comprobata, perfectam que
 fidei, qui Christianæ veritati detrahere conantur: qui non idem
 facientes quod Petrus, Christum Iesum Dei filium inficiantur
 esse. Nam quo in alio regni æternitatis: in quo fidelis perpetuatio-
 nis gloriæ Dei, de quo dedit testimonium pater: aut quis se pa-
 tris filium esse alius testatur est: cui dedit alij in hereditatem Do-
 minus gentes & regna? Nam domus, & ædificatio, & templum,
 & thronus, figuram quidem corporis in veteri lege habuerunt,
 sed reuera in spiritu intelligenda sunt. Quomodo enim alioqui
 possunt esse æterna, vel quomodo potius fuerunt? Nonne quæ
 corporis extiter, prostrata, consumpta, ad nihilum redacta sunt,
 spiritus autem permanet in æternum? At etiam dum venturus
 est, in quo tam magnæ conquiescant promissiones. Sic enim oc-
 curramus Iudeis, quibus ingenitum est pertinaciam amplecti li-
 beritatis, quam veritatem. Cur ergo iam in ipso Iesu Christo com-
 pletæ sunt, cuius nomen & fidem orbis propemodum terræ vni-
 versas, eo animorum & voluntatum instinctu, atque ad impetu
 scorum fuit, ut siquid appareret, diuinum illud esse quod opera-
 batur, non humanum? Cur hic qui venturus est, tam graue præ-
 iudicium autoritati suæ, & tantò antè inferri passus est? Patriarchæ
 potior fuit iacob prophetiâ quomodo ruebuntur: qui in ipsa mor-
 te filiorum euentu prospiciens, ut venit ad Iudam: Nō auferetur,
 inquit, regnum de femore Iuda, donec veniat, qui mittendus est.
 At qui regnum quidem ab Iuda ablatum iam diu est: nec dum
 apparet si quis expectandus est, his quidem impiis & pernicaciti-
 bus, & sic menteq; orbatis. Nam nobis iam dudum apparuit, at-
 tultiq; secum & Dei patris promissa omnia, & salutem humano
 generi, ac liberationem. Hæc diu antè spiritu Dei edoctus David
 prædicauerat, beatamq; illam spem inenarrabili cum gaudio in-
 rus in animo continens, easdem pollicitationes iterari sibi nunc
 cupit, spem suam renouari, gaudium confirmari, promissiones il-
 las gloriosas & admirabiles pete instaurari: Auditui meo dabis
 gaudium & lætitiâ, inquit, & exultabunt ossa humiliata. Hic
 per ossa intelligit metaphoricâ quadam locutione firmitatem
 pristinæ fidei & amoris, quem habuit erga Deum, quam infrege-
 rat tamen peccatum. Vnde hic ex Hebræo vertunt quidam: Ossa
 que confregisti, quæ dicit humiliata, hoc est, ad infimum redac-
 ta. Alij per ossa indicari volunt illud, quod in nobis maxime af-
 flicte terre est, & propterea ad delinquendum paratius. Verum
 quocumque modo accipias: tanta erit vis diuinæ huius gratiæ,
 quam audiendo & experiendo hauriet, ut non solum spiritum

& animam, quæ celestibus coniunctiora sunt, verum etiam ne
refricta maxime, & in ipsam humum prona, cuiusmodi ossa sunt,
ad gaudium & claritatem possit excitare. Atque ut est Spiritus
sanctus, cuius ipse Dauid largo haustu factus erat particeps, in
omnia statim & usque ad extremum permeans, hoc loco Do-
ctores mystico sensu corporum nostrorum resurrectionem de-
notari voluit, quæ vna cum animabus in alero Christi adæta
in ratam partem resurgent, vel gloriæ, vel pœnæ. Haudent tunc
gaudium & lætitiâ, qui audito tube illius ad vltimum iudi-
cium cientis sono, tuti ac fidentes conscientie suæ, quæ libe-
atque abstinentia, quoad fuerit datum, à noxiarum labo-
rum immunitati custodierint: aut per repudiationem peccati
fructum quæ penitentia mundauerint, resurgant alacres, ante
conspectum iudicis festinabunt se offerre.

*Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates
meas dele.*

Mordet eum rursus peccati recordatio, quippe quod non-
dum per supplicia debita fuerat expiatum: & illud quoque ce-
timescit, bene iam cognita, & magno malo persequitur in-
tate sua, ne rursus ei peccandi & contra Dominum delinquen-
di adnascatur occasio: quod quidem post curricula temporum
etiam factum est. Restincto enim huius prioris criminis mem-
dio, in cuius penam magnis periculis & detrimentis oblectus
fuit, ac penè regno & finibus extorris actus, recuperata mox po-
restate & autoritate pristina, in elationem superbiae prosectus
est. Voluit enim haberi censum vniuersi Israël, & capiam me-
merum ad se referri, ut magnitudinem imperij sui & vim potes-
tatis sibi ipsi gratularetur. Quam cius insolentiam statim Do-
minus vitus est, immissa in populum pestilentia, quæ sepe-
ginta amplius hominum milia paucis diebus absumpsit: cuius
eo ipso, in quo peccandi inuenerat occasionem rex Dauid, pro-
piter eum Deus punit, ut videret & intelligeret, Domini esse ve-
hem terrarum, & qui habitant in eo, non autem regis. Qui er-
iam & in graue erratum aduersus Deum inciderat, & ne cruci
caderet, pertimescebat, iterum ad orandum & obsecrandum
Deum conuertitur, æternis visibus: tum ut deleat peccata
omnia, tum ut spiritum in eo rectum & sanctum innoceat,
constituat: cuius munus præsidio, perpetuum innocenti-
possit retinere. Quam cautionem & stabilitatem virtutis, non
a nobis ipsis possumus, sed à Domino Deo debemus possidere.
Ea est humanæ fragilitatis cōditio, ut nullo modo valeamus
admirabilis virtus Dei nobis asserere; nostram fluxam & labilem

tem ad delinquendum naturam iustitiæ & temperantiæ vinculis
coactam habet hoc nostra mortalitas, vt in vnam partem
obediens bonæ voluntatis coercita, sepe more aquæ fluentis in al-
teram erumpat. Auerte faciem tuam à peccatis meis. Nequa-
quam à me, inquit, sed à peccatis meis. Si enim non auertat faci-
em à peccatis Deus, sublequetur illud quod alibi inculcat: Vultus
Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eo-
rum. Et omnes iniquitates meas dele. Vetera enim delere necesse
est, vt vitiorum fibras omnes euellere, stirpes elidere, semina fla-
guorum extinguere, antequam de integro sementem facere &
veritates inserere, atque conferere in animis hominum piis &
sanctas rationes queas. Quamobrem rectè subiungit Dauid:

*Cur mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innoua in
visceribus meis.*

Hæc quoque omnia solus baptismus efficit: vt runque au-
tem erat saluum & incolume à peccati labe conseruari, & cor-
pus & animum. Non enim eum latebat, quæ futura esset in re-
stitutione nostra animæ & corporis communio ad pœnam e-
andem, vel gloriam. Cor quippe corporis principium est, spiritus
verò animi: quorum vt runque innouati in se vult, tan-
quam prioribus per contagionem peccati infectis & contamina-
tis, vt vehemētiore cœlestis sacramenti ad innouanda eā opus
fit. Qui vtique baptismus est: illo enim hæc omnia verè reparantur
in nobis, cor mundum, spiritus rectus, æternæ beatitudinis firma
sæpes, diuinitatis participatio. Siquidem per baptismum, filij Dei
efficiuntur, qui serui nati sumus.

*Ne proicias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne
auferas à me.*

Hæc perspicue apparet Spiritum sanctum Dauidi, hoc est, spi-
ritum prophetiæ, qui à Deo est, iam fuisse restitutum, neque ex-
pectatum finem orationis, quæ in hoc Psalmo coram Deo effu-
sa est. Non enim suppliciter Dominum precantibus, illius beni-
gnitas ad annuendum, indulgendumque est cunctantior. Sed
quem iam recuperauit, eo rursus vt ne spoliatur, obsecrando po-
stulat, & nimirum tota hæc com precatio, non tam ad prioris pec-
cati veniam implorandam, quam ad munimentum futura stabilitatis
omnipotenti Deo porrecta est. Ne proicias me à facie tua.
Proiecit eum à facie sua Deus, cuius tutelam, custodiamq; dimit-
tere: quod quidem malorum extremum est: cui enim id accidit,
in eum irruit statim malorum omnium turba. Proiecit à facie sua
Deus, non ipsam quidem lob, sed substantiam & liberos illius,
non multū tempus est extrema perniciæ ac calamitatis iori in-
teritum

teritum remorata. Proiecit post urbem totam Hierusalem, et ipsa filium Dei a se proiecerat. Quid illi infelici, autem in mense ciuitati, miserie & calamitatis adfuit, quod si ab illis de fortunatior vllam in partem & calamitosior dici possit: Hoc quoque intelligamus ipsi ad nos pertinere, cum malis malis uergeretur inuiri, cum vel incommoda ea sustinemus, que inopis animo ferimus, vel ad ea ipsa uiam per longe deteriora & inuoluptiora commoda, luxum uidelicet & auaritiam, nobis factum patitur: ut nos a facie Dei, ut causas illas amoueamus, per quas remouimus: & discedamus a sedere peccati, ac salutare cum illis. Sed inuicem ineamus. Et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me: tu enim semel eum a me abstulisti: quod iure quidem factum est. Virgo enim meo, tanto bono fueram priuatus: nunc enim per gratiam & clementiam tuam restitutus sum, ne quoniamdam Domine in id rursus infelicitatis, ut & facie & spiritu tuis quibus ego uiuifico solis, merear spoliari.

Redde mihi letitiam salutaris tui. & spiritum principalem firma me.

Et hic locus altiore habet intelligentiam: utaque placitum sanctis uiris est, per salutare Dei intelligi Christum Iesum, a quo salus est omnis & omnibus. Spiritum autem quoniam uerbum continentibus uerbis nominatum, annuntiatum in eo de tanquam figuratam esse diuinam trinitatem: ita ut spiritus sanctus, filius sit, circumscripta tamen hominis persona, quoniam spiritus corpus non est: spiritus uero principalis, figuratam patet: nam spiritus sanctus suo uocabulo aperte est demonstratus. Hæc sententia ut uera sit, sciti quidem est, & his quoque uerba a Spiritu sancto comprehensa: quoniam per eius intuitum non intelligentem omnia, innumerabiles res eodem proleu uerborum & mentium conceptu quæ ab eo ipso inspirate sunt, comprehendi possunt. Nos tamen quæ planiora sunt & propius uocata ad communem intelligentiam, & adsciscimus libenter ipsi, & carioris proponimus. Nam sicubi sensus ipse uerborum recta uia ad futurorum enarrationem nos deducit, in his in eo potissimum, ut paulo supra fecimus, de occultis sapientia Dei, de laetitia ipsius, de resurrectione corporum. Illic enim Propheta reuertitur ad Dei gratiam, & ad præuidentiam venturarum rerum, & cum omni dubitatione in instinctu Spiritus sancti, ad extremum quoque percurrentis, sit eius ipsius felicitatis præsciendo & præuidentia participat quam deinde experiendo, posteri per Dei & Domini Iesu Christi beneficentiam uocati fuere. Hoc autem in commodius nobis uidetur contexere præsentia proxime præteritis, ut periret David id perire, ac deprecari a Domino Deo, quod

quodlibet fruendam ipsius gratiam maxime intelligit esse necessarium: stabilitatem videlicet in recta voluntate, & in operibus iustam actionem. Hoc ille alternis versibus facit: nunc aufferent vultus Dei a peccatis suis, & iniquitatum suarum abolitionem: nunc inuocationem recti & incontaminati spiritus, ac constantem in Deum voluntatis exposulans. Sed ut patet conflat & appareat, quoties innouari & rectum dari spiritum imperiumque rationis in se petit confirmari, toties & denotare cum, & appetere sacrosancti Baptismi verè ecclesiam gratiam, per quam maxime omnipotenti Deo, depulsa labe peccati, quod ex origine primorum patrum traximus, in amicitiam atque adeo in amicitiam iungimur. Redde mihi letitiam salutaris tui. Hoc salutare verè & propriè iustitia est, & eius maxime illa pars quæ directa est erga summum Deum, quæ eadem pietas & religio est, in hoc toto iustitiæ genere ira princeps, ut sit etiam sola. Qui enim tribuunt Deo quod suum est, nullam in se partem iniquitatis possunt accipere. In Psalmo item cxxxix. cum alia multa postulans à Domino David, tum hoc quoque deprecatur: Sacerdotes tui, inquit, induantur iustitia, & sancti tui exultent. At Dominus paulo post annuens postulari, & concedit benigne cetera David, magnasque illas & diuinas confirmat promissiones, & de sacerdotibus ira responder: Sacerdotes eius induam salutem, & sancti eius exultatione exultabunt. Totidem verbis, quod supplicatum fuerat, suo omnipotenti nutu supplicata roborans. Pietas autem fuerat iustitia, datur salutare: atqui hoc loco idem est salutare, & letitia hæc illam refert exultationem. Nonagesimo quoque Psalmo & VII. Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Et paulo infra: Videtur omnes termini terre salutare Dei nostri. Quamquam in altero hoc Psalmo aperte & perspicue de Christo significatum est. Quod autem iam reconciliato in gratiam David, iam reuocato ad celestia Spiritus sancti dona, & in prescientiam futurorum reuocatum, nondum reddita fuerat huius salutaris letitia. Certe noscitur hæc enim letitia, & hoc salutare, non ex vno, aut ex altero pietatis opere percipitur: sed in continente & perpetuo habituque per semper agendi posita est. Quam constantiam habitus in Davide quoniam grauis delicti atrocitas perfrigerat, iam expetente doctus, & minus sibi ipsi fidens, Deum rogat, ut firmitatem, ac stabilitatem rectæ voluntatis, ac sanctorum operum si largiatur. Quo pacto etenim poterat letitiam possidere salutaria Dei, quam & perpetrati sceleris dolor, & bene iam in se notè fragilitatis metus corrumpebat? Reddi igitur sibi illam orat, quam si obtineat, vniuersum genus iustitiæ planè est possessurus: quando huic parti diuina, ac excellenti pars etiam iustitiæ humana

mana famulatur. Dare enim honorem Deo, velle illius magnam
& gloriosum nomen, vereri ipsius potestatem, agnoscere eius
potentiam, coram eo humilem & summissam se gerere, illius
eundem toto pectore amare & venerari, vera hæc & summa
finitia est, verum salutare, quod intelligere, sola sapientia est. appo-
re virtus, nauare & perpetuare vnica & eterna beatorum. Hæc
sapientia & virtuti, diuina illa & admirabilis, que conuenien-
sum exuperat, omnemq; in comparatione sui effuscat volun-
tatem, læticia agnata est. Quam qui potuerunt, humanas vitæ
leges quin conferrent, dubitandum non est nisi amorem quo
doque dextram suæ protectionis Deo, in cursu salutis & vniuersi-
tis cupiditatis à mente, consilioque desjerantur. Quo dicitur
patitur diuina prouidentia, vt non in nobis ipsis, sed in obliu-
scam reponamus, vt sit fidentibus metus, laborantibus animus
fidelibus. Ipses, lapsus reparatio: atq; vt magnitudo misericordie
omnibus ostendatur. Itaq; nec Dauidem continere ruente in
grauis scelus, nec Simonem Petrum immunem à peccato & in-
negatione filij Dei conseruauit. Nisi n. peccarent aliquando nisi
& sancti viri amici Dei, quis esset de populo peccator, quis de-
sperata venia negligeret confugere ad misericordiam Dei, quam
nullam esse putaret? Et spiritu principali confirmat. Huius
principalis, ratio est. cuius finis intelligendo veritas, in agendo
iustitia est, vt huius virtutis nomine, reliquas quoque virtutes com-
prehensis intelligamus. Statui porro in agendo quod bonum sit,
nequit: nisi in speculando cognoscatur, quid verum et aduersum
animum quantum possint actionibus suis considerare, qui verum De-
um ignorant. Habet autem ista ratio imperij animi, estque ab-
strax & moderatrix appetitionum omnium est, & hoc natura, &
vero etiam vsu, moreq; imperet: nec contumaciam sentiat, per-
ditionem aduersantiu sibi in animo cupiditatu. Hoc iam omnia
humanorum operum longe maximum & difficillimum est: quo
nauare se li possunt, quibus à Domino Deo data grata, & via
maior, quam imbecillitatis nostræ possit esse, tributa est.

Docebo iniquos vias tuas. & impij ad te conuertentur.

Rectè & ordine firmari se in habitu virtutis & iustitiæ pro-
petijt, vt deinde possint alij per ipsum vias Dei doceri: cuius
nim docentis autoritas nulla est, si quos retrahere à virtute
ptat, eorum ipse æquè est viciolus. Itaq; dominus: Qui sic docet
inquit, & docuerit homines, is erit maximus in regno Dei. Ita
ergo qui fecerunt prius ipsi, deinde alios docuerunt. Quibus
qui assequi minus possumus, qui vacillamus ancipites, & vacil-
cilli inter bonam quandoq; voluntatem & prauam conscientiam
nem, saltem secunda linea id agamus, vt edocamur, vt per nos

intelligimus viarum Domini multiplicem doctrinam esse, per quam iniqui corrigantur, & conuertantur impij. Aut n. continuantia peccata, proponitur metus pœnæ, & acris denuntiatio severi iudicij Dei, quod crebris in locis scripturæ sacre vehementer expressum est: Aut, si voluerint, qui in viam se dederint peccatorum, omnino evitabili viâ delinquendi, redire ad pœnitentiam, & ad clementiam Dei confugere: paratû illis ostenditur Dei misericordia gratiam, quo ille veterû offensionû penitus immemor, humiliter & gratanter excipit se recipientes ad bonam frugem, neminique benignitatis & misericordiae suæ expertem patitur discedere. Hoc utrunque David ex semetipso docere & demonstrare poterat, cuius peccati facinus non impunîtum existerat, sed pœnitentia ad misericordiam non solum Dei, sed ad pristinam etiâ gratiam fuerat admissa. Tertia autem via Domini longè præstantior, sed rari & celebritate rara, & commendantium itineribus infrequens: in qua ipse David perditu insisterat, ut eius illam demoustrantis habitura esset autoritatem oratio. Diligentibus enim Dominum Deum, & ad illius honorem ac laudem omnia referentibus, quàm ampla præmiorum merces, quis fructus beate vite propositus & paratus sit, ipse propemodum viuis ad id temporis poterat edocere. Qui vero animus nec suppliciorum metu frangitur, & misericordiae ac veniæ spe oblata non fluctat, tantorum quoque præmiorum atque honorum, quæ ipse Deum colentibus promissa sunt, desiderio non vincitur: plane ex eo impiorum numero est, de quibus est scriptum: Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem proiecit ventus a facie terra, qui non resurgunt in iudicio, neque apparent in iustorum concilio.

Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis mee: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Sunt qui referant ad Viriæ eadem & aliorum, qui occasione illa intercepti fuerunt, quod nunc precatur David, ut de sanguinibus liberetur: & hoc confirmant esse peccatum, quod is dixit contra se esse semper. Alij de domesticis cadibus volunt intelligi, quas denuntiat Dominus per Nathan, dicens: Nô recedet gladius de domo tua in æternum. Sed neq; de primo sanguine liberatam poterat paratû enim facinus illud erat, & quantum ad insolentiam & veniam, à Domino fuerat iam de eo liberatus. De veteris verò cadibus, nullum in tota oratione hac deprecantur paucæ causa verbum cernitur emisisse: Nam cum decretum Deo omnipotentis iustum & debitum præsertim immutabile esse intelligebat: tu de integratione & gratia apud Deum laborabat, quæ modo assequeretur, nihil sibi acerbum, aut triste ducebat.

Quare

Quare ea potius adsciscenda sententia est, ut petat libertati deo-
 guibus, hoc est, de virijs fragilitatis nostrae, quorum origo
 causa, caro, sanguisque sunt. Nam neque caro & sanguis car-
 quicumquam possunt sublimē ac supernum, suntque in terram sem-
 per prona: & Apostoli quoque testimonio, caro & sanguis regni
 Dei non possidebunt, dum erunt morti & corruptioni subiecti
 obnoxia. Sed postea cum induerint ex mortalitate immortalitatem
 & ex corruptione incorruptionem, possidebunt regnum Dei in
 cum spiritu & anima, si modo ad tantam & tam nobilissimam
 rationem fuerint electi. Quo quidem euentu, erit laus Dei in ore
 ipsorum, in secula seculorum, amen. Hæc cum prauidentibus
 & se comitem electorum iam faceret, torusque exultationis in
 illa & cogitatione: quod ferè reliquum est Psalmi, ita prauide-
 temperat, ut quæ sibi in rem esse putat, præsentia postuleret
 quidem, verum illa tamen non separet à futuris. Itaque illi
 se de sanguinibus postulat, hoc est molliciem & facilitatem
 peccandum, quo caro prona est, quo sanguis effluit, uento de-
 uina opis & gratiæ frenari, ac coerceri: & si hoc fuerit factum
 tunc non solum misericordiam Dei est laudaturus, sed iustitiam
 etiam exaltaturus, hoc est, cum læticia & gratulatione celebra-
 turus. Nam adhuc quidem nequaquam implorem iustitiam
 summi Dei, sed clementiam. Ut autem habeat suam laudem clem-
 entiam, gaudium & exultationem certè non habet, neque enim
 lætando, exultandoque, sed lachrymis fundendis & gemibus pe-
 mittendis, quos peccati dolor expresserit, Dei clementia & igno-
 scentia fit impetrabilis. At si frenatis & compressis Dei misericordie
 cupiditatibus, quæ ex carne & sanguine referuntur, placet
 tranquillius in posterum, ac perturbationibus liber percepta De-
 custodierit fructu suæ pietatis percipiendo: laxabit linguam suam
 in exultationem laudis iustitiæ Dei, cuius sibi donata iure iustitiæ
 erunt tanquam immaculato, & innocenti. Et quidem omnium
 diuinorum munerum hoc esset maximum, si liberaret nos de san-
 guinibus Deus, & à peccati periculo redderet securos: quam pe-
 stulati magnitudinem ut declararet, ingeminant appellat
 Dei, & salutem suam in hoc potissimum consistere ingeminant
 Deus, Deus salutis meæ, inquit. Cur enim non bis appellat
 Deum tanta de causa, quem eadem ratione ter rogauit. Post
 Nam & ille de sanguinibus ut liberaretur, dominum precatur
 quando legem in se carnis sentiebat repugnantem legi
 inscripturæ mentis. Sed & quod petit David nunc in corruptione
 præuidet sibi mox datum iri in incorruptione, cum a superno
 iudicio Dei ad immortalitatem & gloriam, sine contumacia
 amplius peccati, ipse quoque conlurrexit.

Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem

381.

illa etenim surrectione suprema cum corporibus, etiam immortales erimus facti, & dominus labia ipsius aperiet, & os eius annuntiabit laudem Dei, cuius & exultabit lingua iustitiam: proprium enim hoc & maxime peculiare erit illorum, qui resurgunt in gloriam. De eis enim scriptum est: Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te: proprie quoque illorum labia aperiet Deus. Nam hic quidem dum se sumus, & corruptibilem vitam viuentes seculi huius tempestati- bus agitur, affectionibus propè infinitis animorum, tanquam fluctibus, ventisque obnoxij: aut clausa tenemus labia nostra, ad annuntiandum laudem Dei, quippe obligante linguam peccato, opprimente vocem, obturante os: aut si aperiantur ea aliquando ad profertendum nomen Dei, non tamen illa aperit Deus, sed vel spes aliqua nostra, vel desiderium, vel dolor, vel metus. Cum autem opem Dei, aut clementiam, aut in periculo presens auxiliū, aut in operatis assequendis benignitatem imploramus: ita aperitur quidem nonnunquam ad Deum labia nostra, sed non ea aperit Deus. Quando ergo illa aperientur à Deo: tūc cū de sanguinibus liberati: & fluore carnis ac labilitate cōpressa immortales restituti, nihil habebimus propositū desiderij nostris præter so- lam Deum: cū ille vnus amor erit nobis, vnus læticia, vnus beati- tudo, cū in illum vnū vota, oprata, cogitata nostra, & referētur omnia, & in eo ipso confumentur. Neq; erit tū quicquam, quod oculos nostros in partē aliam diuertat, aures auocet, palatum al- liciat, nares inuiter, transinoueat tactū, mentem & intelligentiam implet, nisi solius gloria & pulchritudo & infinita maiestas summi Dei. Que quidem nobis ita ingeret se largē atq; abundan- ter, vt non modo omneis angulos, tum omneisq; inanitates san- ctæ illius & beatæ tuncque maxime hiantis cupiditatis nostræ expleat ac referat: sed vltro etiam addat vires & robur, ad cupi- endum, capacioresq; efficiat: quo satiari affatim diuinæ illius vo- luntatis æterna & inenarrabili læticia possumus. Nostra igitur tunc retora aperiet Deus, cum & ab eo aperientur, & in eo, & ad eum: cum ille vnus erit nobis omnia, & cūcta extra eum nihil, soloq; eo beati & contenti erimus: quod vtiā dono illius asse- quamur, ac sua faxit ipse bonitate, vt ad tanti boni participatio- nem electi ab eo, & prædestinati simus. Qui quanquam indignè desideramus istud, quanquam peccatis sæpe auertimur, & ab eo quasi deficiamus, multitudine quoque delictorum, & tanquam mole cooperi, oppressiq; sumus, credidimus illi tamen, spemque salutis nostræ vicam in ipsius benignitate & clementia repolu- mus.

kkk mus.

mus. Aperiat quæsumus nunc, Dei ipsius dono, ora nostra digna pro nostris sceleribus dolor, ut impleremus eius misericordiam, quod postea in gratiam recepti, & in regni cœlestis societatem adsciti, apertis ab eo labijs nostris possimus prædicare & annuntiare illius laudem. Hoc iam tum David adesse sibi cupiebat, iam tum Spiritus sancti edoctus prævidentia, Christiana mystica intelligebat, atque in eis spe certa & expectatione in futurum, parulis repudiabat iam & parui faciebat Iudaica, sacris gratias, in illa umbram esse, in nostris veritatem.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem: vig. hostias non deleceris.

Petita à Deo liberatione de sanguinibus, quam solus Iudæus in hac vita vix cuiquam, in futura verò ijs quos suscipere gerit, daturus est Deus, postquam repromisit David in remissionis gratiam se exultaturum iustitiam Dei, & ipso operantibus sua, laudem eius annuntiatum: subiungit datum etiam quidem id quod in eo erat, sacrificiū & victimas fuisse: sed noniam huiusmodi sacra & hostias aspernetur Deus, dare se debet dicare verum & iustum sacrificium, quod est spiritus humilitatis & cor contritum, quod vnum sacrificium gratiæ & liberæ ab omnibus accipiat Deus. In quibus quidem verbis in perspicuis, ut hæsitatiom locus non relinquitur, utriusque legis & veteris & novæ ceremoniæ, ac mysteria comprehensa sunt: ac repudiata quidem Iudaica, Christiana vero & significata, remota est. Nam in illis multum sacrificijs & holocaustis populus infestabat Hebræorum, magnoque apparatu & studio, cuiusmodi hæc era cruenta plane, plenaque turbæ & tumultus procurabat, magis illa opes offerentium indicantia, quam opem Dei promittentia. Quæ quanquam præcepta fuerant ab ipso Deo, & per eius seruos instituta Moysen, & Aaron, tamen tanquam cortex exteriorum, quæ illis inuolucris contacta, spiritu & veritate mentium continebantur. Populum autem illum durum atque tædium, tractabat & erudiebat Deus, ut si minus occultorum mysteriorum multorum atque magnorum existeret capax, teneretur tantum nihilominus in cultu & veneratiõe vnus Dei, ut ne ad hanc & ementitos elaberetur Deos. Ad quod quidem transfugum mobilitate quadam animorum, pronus erat. Neque debet tamen quandoque per ora prophetantium denuntiare palam, significare id quod requirebat. Vnde enim illud? Misericordiam volo, non sacrificium. Et in proximo XLIX. Psalmo? Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Nui quid ego manducabo carnes taurozum? ac paulo post sequens quid velit: Immola Deo sacrificium laudis, inquit, & prode

quasi vota tua. Quenam vota iuste, caste, integreque vivendi. Atque tunc nos sacrum, talia vota offerimus, & habemus quidem ipsorum hostias, verum celestes, quae ab ipsa iustitia & castitate diuinitate dari non possunt. Non enim taurum aut hircum, sed filium patri in altari offerimus, Deum Deo, omnipotentem omnipotentem, qui cum patre & Spiritu sancto non duo, vel tres, sed unus est Deus atque, is quoniam ex hominis persona corpus nostrum ad nosque ipsius membra coalita cum eo & cohaerentia, nisi peccatis regiminati diuelli a iure in oblatione capitis nostri, nos quoque ipsos Deo omnipotenti offerimus, idque in Spiritu sancto, in puritate & constantia fidei, in ardore charitatis, in spe futurae beatitudinis immortalitatis. Hoc inducto vero & adueto sacrificio, ac veluti nucleo legis retecto cortex abiectus est, vinbraque & similitudine veritatis concessere. Haec igitur in lege veteri apud vulgus occulta, prudentibus tantum viris & sanctis patriarchis illis ac prophetis reuelabantur: ex quibus praecipui istam apud dominum gratiam tenuere Abraham & David. Qui quidem David, quancumque ipsum illum corticem & ritus patrios sacrificandi etiam cum more & usurpatione retineret, voluntate iam tamen (ut ex verbis hinc apparet) ac sententia repudiabat, totumque sese ad haec nostra & Christiana conferebat: Neque aut in sacrificijs cum machabur ante altare Dei victima, aut in holocaustis, cum flammis hostia vota adoletur, spem suam reponebat, sed in vero & acceptabili sacrificio, quod est,

Sacrificium Deo spiritus contritus, cor contritum & humilatum Deum non despicies.

Spiritus contritus fides est, per quam planè credimus in Deum, praecipueque ipsius obtemperamus & libenti animo paremus, eiusque iustitiam ac legibus facile acquiescimus, sapimusque non plus quam oportet, sed sapimus ad sobrietatem. Nam qui in genijs arrogantibus praediti, altius & liberius volunt euolare, ac libimet ipsis considerant, non spiritum contritum, sed vagum & tumentem in se possident, maximoque sunt in periculo constituti, ne velut in fabulis Deo talis pennis cera compactis ex alto in praecipitium corruant. At illud Deo gratum, acceptumque sacrificium est, quod in fide pura illi offertur, & in animi humilitate: nec tamen quidquam est humilitatis sine conscientia humilitatis, sine fide. Quis enim fidem habet, & facile alij credit superbus? Ac pars quidem hominis posterior mentis & rationis, cuius spiritus substantia est, vivit ex huiusmodi fide, per eam enim maxime Deo coniungitur. Altera autem posterior pars, quae sensus & cupiditates omnes continet, quorum correns est & origo, ut totum hominem indicet sacrum Dei esse, & votum illi offerri oportere, per paenitentiam & dolorem peccatorum

torum conteritur, ac sub obedientiam Dei & ordinem rediguntur. In quo quidem sacrificio, grato atque placabili, humanitatis nostrae expressa conditio est, qui nulla carnis aut sanguinis necessitate compellimur, quo minus fidem integram & stabilem teneamus, spiritumque erga Deum contritum, hoc est, non durum, non contumacem, non repugnantem illius legi. Ab eadem vero carne & sanguine imbibimus (de illis non loquor, si quos Deus in hac vita præpotenti manu sua à labe perniciosorum criminum illæsos conseruat) ut simus ad delinquendum proni atque proclives cuius tamen erroris emendatio est, delicti penitentia. In spiritu quidem contritus subiectionem fidei & voluntatem hanc ac solutam ad credendum indicat, quæ nulla obdurata mensis Deum contumacia. Cor vero contritum & humilimum dolorem facinoris admitti coarguit, quod salutaris est penitentia, quo nullum Deo gratus, nec minus despicibile à toto est sacrificium.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, & adificentur inuri Hierusalem.

Dixit de sacrificio, nunc loquitur de loco sacrificii, sed ita quemadmodum verum sacrificium non in tauris & vitulis, sed in spiritu & corde esse voluit: sic verum sacrificium esse locum in spiritali Sion & Hierusalem intelligat. Nam quid spiritum cum rebus & operibus manu factis potest conuenire ac consistere quædem historie temporum hæc extrema orationis huius contumacitatio. Non enim à Davide, sed à filio Davidis Salomone constructa in cæna Hierusalem, atque vrbs illa trino mutorum ambra cincta fuit. Templum quoque domino mirabili opere fuit ædificatum, quod eius condendi potestas ablata à Davide fuerat propter bellorum vndiq; immentium impetus, atque ut emendatæ Domini ædificationem, opus pacis esse appareret. Sed ut illa quoque optaret tunc & designaret David, quem sepe iam diximus in corpore Psalmo hoc, ita describere præsentia, ut multo magis imberaret futuris: quod quemadmodum rerum index oratio est, ita illæ erant tanquam imagines & argumenta meliorum huius, que ventura erant, rerum: ut inquam desideraret David munus Hierusalem: templum extrui, adorationes & sacrificiones & sacrificia ibidem celebrari, tamen in illis corporum simulacris, pro mortui & ruinæ obnoxia intelligebat, non immorabatur pro proposito fini, sed longius spe ac desiderio progrediebatur, ut ad hæc perfecta iam & vera atque æterna contendebat, spiritumque sacrificium, ad spiritalem Sion, & Hierusalem referebat. Quæ sensum eius prophetico spiritu tanto antè futura prospicere non Christus Iesus in Euangelio, ipso exitu rerum iam comprobatur.

declarat eum Samaritanę mulieri, apud fontem Iacob percon-
 tatus: ubi, an in Hierufalem adorari Dominum oportet,
 his verbis respondit: Mulier, crede mihi, venit hora & nunc est,
 quando neque in monte hoc, neque in Hierofolymis adorabitur
 pater, sed veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veri-
 tate. Nam & pater tales querit, qui adorent se. Spiritus est Deus,
 deos qui adorant eum, in spiritu & veritate adorare oportet. En
 veram Sion, veramque Hierufalem. An magis possunt congrue
 re ista inter se: aut maius testimonium querimus, Dauidem pro-
 nuntiasse futura, quę eisdem propę verbis Dominus noster de-
 monstrat facta: Ille sacrificium & victimas Deo aspernabiles esse
 inquit: hęc patrem eos querere, qui adorent in spiritu. Ille spiri-
 tum & eor, verum & gratum Deo esse affirmat sacrificium: hic ve-
 ros adoratores adorare Deum in spiritu & veritate. At enim Chri-
 stus Iesus & montem & templum respuit, quę ille sibi optat. Sed
 & Dominus repudiatur corporeum: & ille adsciscit & designat spi-
 rituale. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion. Sion,
 si corpus queras & materiam, mons est, in quo Iebulci ciuitas
 condita fuit, quam Dauid sibi in regale domicilium electam vo-
 luit esse Hierufalem. Si vero intelligentiam, atque mysterium,
 Sion, speculatio est: Hierufalem, visio pacis: Muri porrò Hierufa-
 lem spes, fides, charitas. Bona autem voluntas verè illa est præfer-
 tum in Deo, quę ad benignè faciendum immutabilis & perpetua
 est, quam illi ex cæmentis & materia constructę Hierufalem,
 profero certaminus non contigisse. Benigne ergo fac Domine in
 bona voluntate tua Sion, & ædificentur muri Hierufalem: isti
 autem etiam mortales & interituri, staturi & ipsi tamen quoad
 libet, quoad tua voluntas tulerit: verum illi multo magis æter-
 ni & incorruptibiles, qui excitabuntur ex spiritu, per quos cœle-
 stis & vere spiritalis ecclesia munitur, in qua nomen sanctum
 tuum in spiritu & in veritate adorabitur. Cuius ecclesię funda-
 menta atque initia, consecranda sunt sanguine filij tui vnigeniti
 à nobis quoque oriundi: qui ex semine quidem nostro humanita-
 tem accepit, ex te vero æterno patre semper habuit diuinitatem,
 ac per diuinam illud & incomparabile sacrificium augurato con-
 secranda, ad immortalẽ gloriam tui nominis sempiterni. Cui tu
 Sion, & cui Hierufalem maxime benigne facies, cum filium tra-
 des tuum, in quo peccatum non erit, pro illis qui peccarint, in a-
 ra crucis immolandum: vt illius morte & sanguine redempti o-
 mnes, & à graui iugo captiuitatis liberati, quo domiti antea &
 fuscis, principi tenebrarum exitialis militiae nefarium sacra-
 mentum dixerant: ad sancta & legitima munia cœlestis militiae
 nũscantur, viasque eodem præeunte filio tuo edoceantur, & ve-
 ritatis, & salutis, & immortalitatis.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiae, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Constructis menibus Hierusalem, & edificato templo, eromni quidem Iudaea, atque adeo ex finitimis quoque nationibus confluebant, qui Deo sacra facere & immolare hostias instituerant eratque celebre & frequens multitudo aditum, in templo Domini sacrificium. Sed haec paulo ante sacra, haec holocausta repudiavit, neque illis delectatus est Deus. Quo pacto igitur ea mori acceptaturus? aut quomodo loquitur David non repugnantem Animum advertamus, quae lo, & cum Propheta ipso intelligamus, quanam sacrificia acceptaturus Deus sit: ac quantum sollicitum est, ea illi, & corde & opere offeramus. Nam si simpliciter sacrificium dixisset, erat ratio & locus dubitandi. Dixit autem sacrificium iustitiae: quo verbo, omnis ambiguitas soluta est. Non enim errat Spiritus sanctus, non labitur, non fluctat & pugnantia effatur. Iustitiae sacrificium est, sine rancore etiam & victima. Taurum autem & victimam, & in universum illudmodi sacrificia aspernatus fuerat Deus. Sacrum vero iustum, quod potest aspernari? Acceptat ille id semper & appetit, & odore sua sentit suavitate. Illud videamus, utra magis in Hierosolymis, & vtro in templo sacrificium illi iustitiae offeratur. In illius materialis & corporea, an haec, quam Christus Iesus extremis, in spiritualem. Nam si verusta Iudaeorum sacrificia attendimus, inveniemus in illis non iustitiam, sed simulachrum quoddam potius & vestigium leuiter impressum iustitiae exitisse. Quae enim ratio, aut quod est equitatis argumentum, ut tu grauius delinquant, & morte victima plectatur? blandiri hoc est, & assentari nobis ipsis. Quid commertuit ovium, animal sine fraude doloque, vel potest verbis utar, si tu facinus commisisti: aut qua spe putas, cum fratris tuo damnum aut contumeliam feceris, posse te scelus illud exsaris. cruce victimarum expiare? Proflus nil verum, absoluteque iustitiae in sacrificijs talibus inesse potest. Quid ita ergo à Domino instituta fuerunt? diximus iam, ut populus per haec sacra in vultus Dei cultu teneretur. Primum enim vicinitatem, deinde etiam contubernio, Aegyptiorum moribus affectum, vel etiam in ipso humani generis primordio, cum aliorum nondum mysteriorum capax esset, ab Deo ipso edocuit, cum sacrificijs dedeius esset, iustius utique Deo videnti sacrificare, quam fictis & mortuis dijs. At cur eum quoque morem sancti prophetarum, quibus arcana Dei reuelata fuerant, sequebantur non erat fas, quod praecipuum omnibus & multo maxime patris causa statutum erat, paucos declinare, singularesque tantum colendarum religionum habere velle. Atque illi tamen qui verum sacrificium

sacrificij vim & rationem ac futuram spiritalem Sion noterant
 venerantur illam iam animo: cum que vsum comunium fa-
 ciliorem populo concederent, veritatem & intelligentiam si-
 bi retinebant. In illis itaque Iudæorum sacrificijs, non in ipsi-
 s quidem sed eatenus, quoad legi scriptæ & maiorum obtempera-
 ratione autoritati, iustitia erat, vel iustitia potius imago, atq; vni-
 versa paratam. Cum enim quis peccatum commisisset, quod mor-
 tem penam repoleret, dabatur quidem mors, sed per sophisma
 quodammodo & deceptionem, non hominis qui deliquisset sed
 cuius hinc, qui nihil commiserat. Illud vnum verè sanctum
 in eo sacrificio atque iustum, quod in honorem Dei videntis im-
 molabatur, & illius nomini gratia tamen agebantur. In nostra
 vero spiritali Hierusalem, in qua solum adoratur Deus in verita-
 te & spiritu, non modo iustitiæ sacrificia assidue offeruntur, sed
 ea ipsa iustitia proprium Deo est sacrificium. Non enim de iua-
 mus penas delinquentium in ignaras delicti & innocentes ho-
 stias: sed illud ipsum maclamus & immolamus Deo, quod pec-
 catur. Sine enim exarbit libido, ieiunio & continentia illam iugu-
 lamus: sine ita cuncta incitata est, frangimus eam diuinæ offen-
 sionis metu. Tumorem quoque animi & arrogantiam, & effusas
 omnium generum cupiditates æquanimitatis & temperantiæ le-
 gibus coarctemus: atq; harum veluti belluarum, si quæ paululum
 modo per fractis vinculis, ac ruptis obicibus modelitæ, ad facinus
 aliquod proruperint, legisq; ac rationis imperium violauerint,
 atq; continuo vitrix perpetrati scelesteris penitentia, quæ illas ob-
 latus ante altare Dei hoc sacrificium iustitiæ maximè volentis pio
 & debito maclat supplicio: quarum cruor, lachrymæ sunt: bala-
 tus, Dei misericordie imploratio: mors ad immortalitatem fere-
 cipiens, vita. Hoc iustitiæ sacrificium verè acceptat Deus, hæc illi
 gratia, hæc propitiabilis est victima, quam Iudæi in externa ima-
 gine & simulachro, nos in spiritu & veritate offerimus. Ac vt in
 omnibus rebus appareat, illos vmbra rerum: nos res ipsas com-
 plexos esse, illi sæpenumero falsis inanum deorum opinionibus
 decepti, quas pecudes & hostias Deo debebant offerre, fictis
 dijs offerre: quodque vnum in sacris suis iustum & salutare
 habebant, honorem videlicet & nomen omnipotens Dei, id vl-
 tro ad perniciem & ad iniquitatem conuerrebant. Nos in instes-
 tino sacrificio vero & spiritali, si Dei honori & nomini victimas
 illas deserimus, nihil sanctius, nihil iustius, nihil salutaris. Vm
 enim totam pietatis & iustitiæ prorsus assequemur. Si verò ho-
 minum exultationi & laudi, & vel ambitioni nostræ, vel emo-
 lumento, atque utilitati immolamus, vt illud Deo gratissimum
 sacrificium: sic hæc pessima & exitiabilis est idololatria, tanto
 Hebraicis illis aureis vitulis, Dijs gentium deterior, quanto

magis impium est corrumpere ipsam iustitiam, quam sine
 lacrima iustitiae pervertere. Hoc in Dauide Spiritus sanctus opti-
 me prouidens, non solum oblatum iri sacrificium iustitiae Deo
 dixit, idque Deum grate accepturum, sed oblationes etiam ad-
 didit, quae sunt Graece, *δραραμα*, quasi dona, quae propter virtu-
 tem quidem & in praemij loco hominibus deferuntur. Sed ad effi-
 dem postea ad Deum referuntur, postibusque in facris ac pennis
 bus figuntur, ut sicuti ex virtutis merito, & quod cupiditate sua
 egregie vicerit, laus ab hominibus tributa est, ad eam ipsam non
 modo ut ad finem non contendat, neque ipsi in virtute contenta
 elaboret, sed illam quoque praeterca ante Deum suspendat, tan-
 quam coronam & praemium publice acceptum, secum in Deo
 bonorum omnium largitori conferens. Et holocausta, holoc-
 causta, inquam, vera sunt, cum correptis mentibus nostris amore
 erga summum Deum & voluntate eodem studio inflammata, in-
 tum ex ignibus illis charitatis flagrat incendium, ut cupiditas
 quoque amissa contumacia & tanquam sacrificienti contempta
 viriditate, eisdem flammarum globis & verticibus haerentur, ut
 in amorem Dei omnes penitus conuertantur. Tunc imponant
 super altare tuum vitulos. Quoniam vera iustitiae partes duae
 sunt: vna amor, & cultus, honorque summi Dei: altera beneuo-
 lentia, & curatio proximi. Perfecta parte prioris, & verae celestis
 sacrificio ex ea Deo oblato, quando ex holocausto nihil omnino
 relinquitur, quod Dei honori consumptum non sit, non omittit
 etiam posteriorem, quae amore & charitate in proximum tota
 continetur: ut sacrificium iustitiae plenum, atque perfectum po-
 nitur haberemus. Cuius quidem iustitiae posterioris visus, atque
 exercitatio tam saepe, tantoque opere, in nouo & veteri testamen-
 to praecipitur, tantisque condecoratur laudibus, ut facile appa-
 reat, hac vna re potissimum, & charitate erga propinquos, et-
 gnos effici, qui Deo esse curae & cordi debeamus. Dimittimus
 enim debitoribus nostris, si volumus nobis dimitti: & misericor-
 diam impartimur, ut misericordiam impetremus: terrenamque
 opem egentibus impendimus, ut vili sane pretio, atque exigua
 opella caelestem illam ipsam opem demereamus. Vituli quippe
 veluti deliciae armentorum & exuberatio quaedam est, unde bo-
 nigne alijs faciendi copia suppeditat: his videlicet qui oppre-
 paupertate atque inopia, subsidio indigent quotidiano & quibus
 admirabili dispensatione magni Dei idcirco saepe necesse fuit
 sunt: ut tu, qui diuitijs abundas, sumministrando illis, & vili-
 incolunitati que eorum suppeditando, liberalitatis & humanita-
 tis, & eius quae omnium virtutum caput est, charitatis, meritum
 & fructum consequare: tum etiam ut ij qui alienam opem capere
 stare coguntur, virtutum vnam maxime perfecticem patientiam
 melior

melius dissipantur. Præclarum quidem esset, & ipsis angelis pe-
 niteat, largiri ipsa etiam armenta, omnemque profus substantiam
 & corpus integrum patrimonij in pauperes erogare, solo
 Christi nomine & amore contentum, negligentem in semetipso
 parum eam, quæ lutea, fragilisq; est: illam verò perpetuam, ac
 spiritalem vitam attendentem, illi vni vacantem, atq; inferuen-
 tem, per quam, si rectè ea curata nobis sit, supra hominem euehi-
 mus, & similes Deo euadimus. Sed si in tam diuerso vsu, & vsque
 adò distrahitis à sensibili mundo opinionibus, hæc durior vitæ
 plerisque videatur esse conditio, saltem quæ exuberant tibi, sal-
 tem quæ superfluant, quæ à te in delictijs & ad redundantiam ha-
 bentur, illa inquam saltem pauperibus tribuantur. Habes ar-
 mentum, hoc est patrimonium, quo omnes à tuo capite necessi-
 tates, omnes propulsare difficultates potes: quid amplius opus
 est? Certe tibi veltigalia & vitæ adiumenta non desunt: da ege-
 nis atque inopibus superflua. Verum ita da, vt in altari Domini
 vituli ob te imponantur: vt prædixit Propheta Dauid, id est, vt
 apud Deum gratia, fructusque meriti huius non apud homines
 ponatur. Da, inquam, quærens Deo vni, non vlli humane affe-
 ctioni, nec carni aut sanguini satisfacere. Neque id ex tristitia
 aut necessitate: Ob quod etiam vituli nominati sunt, tanquam
 iugo adhuc nullo domiti & subacti, sed sicut sponte destinati in
 corde tuo & in propria voluntate: Filarem enim datorem dili-
 git Deus, cui hoc oblato iustitiæ minoris sacrificio, gradum no-
 bis facile extruimus ad apicem & fastigium diuinioris etiam iu-
 stitiæ perueniendi: quam cognoscimus nos quidem, laudamus,
 experimus, admiramur: facultatem quoque nobis dari eius asse-
 quenda intelligimus: nec beatius quicquam reputamus, quam
 Deo penitus esse & amore & studio coniunctum. Quo minus ve-
 ro id agamus, & operam nauemus, quod nauandum esse compre-
 hendimus intelligentia: quamam obsecro causa, aut vis est, quæ
 nos auerit & abstrahit? Qui obex, quod impedimentum, quæ
 inanis, & in animo inclusa seditio? Cur ego, sana mente cum sim,
 & iudicio integro, non ago sæpe ea tamen, quæ sani hominis &
 vite iudicantis esse videantur? Quomodo iniquitates meæ super-
 greesse sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super
 me? Frustrerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipien-
 tiæ meæ: Vsque eò ne prolapsus sum, vsque eò ne reclangui & de-
 secti in memetipso, & ab omni viri virtute, constantiaq; discessi,
 vt hæc his tandem quæ decreui ipse sæpe, quæque à me toties
 constituta sunt, nondum etiam possim, nec Deo meo, meo, in-
 quam, vni bono adherere? O beatos qui potuerunt, felices qui
 absterunt. Quando ego vos o sancti & beati, non laudabo so-
 lam, verum etiam aliqua ex parte imitabor? Doler: dolet cordi
 meo,

Kkk

meo,

meo, cum intelligo qui sum, & quis nimirum essem, si Dei in te dona recognoscerem, atque eius singularibus beneficijs, mea gratia & constans debita pietate voluntas responderet: quare vel tuamen hoc agere videretur, sed quod vult, nequaquam officit: propter importunas quidem reclamaciones, & dissidia interfecta oblutantium cupiditatum, quibus adhuc pares esse non possumus. Circumuenti, circumuenti, inquam, ab illis fuimus, tunc ignari ab initio quid ageretur, siue etiam negligentes. Quarum omnia acerba & tristi obsidione, vt nosmetipsos eximere & liberare possumus, non a nobis ipsis, sed ab eodem Domino Deo cuius nobis est praesens expectandum. Domine ante te omne delictum meum, & gemitus a te non est absconditus: qui si veto volere expressus est, si haec lachrymae solent tua inenarrabilem clementiam ad ignoscendum miseris & ad iuuandum commouere, illa peccatum commissum lauent: etiam in me obsecro atque obtestor omnipotentiam tua, semen ipsum peccati & totum plantarium impurae conscientiae meae proluant, vt omni mala stirpe radicitus euulsa, semen verbi tui sanctum & salutare fructum in animo meo cum sexagesimo, aut quando benignitatis tuae modus non est, etiam cum centesimo possit. Ac postea quam misericordiae mei secundum magnam misericordiam tuam facies, postquam peccata mea dilueris, meque vltro etiam spiritu principali confirmaueris, docere possim iniquos vias tuas, & laudem tuam pleno ore annuntiare, ac illud tibi offerre sacrificium iustitiae, quod supra omnia in conspectu tuo gratum, amabile, acceptabile, desideratumque est: per quod & salus nostra perpetua, & tua sempiterna gloria apud nos constituatur. Qui uiuis & regnas in aeternum, & vltis, Trinus, & Vnus, Amen.

F I N I S.